

Francisci, qui velut novus homo unctus a Deo per-
fectionis viam crucifixi vestibus vestigia renova-
bat. Inspiciente Deo, ubi oportunitas sollicitudo et
temporis affuit, ad eundem se contulit sine
cordis putrefacti archanum. Suadente itaque ei
viro Dei contemptum et more fideliorum para-
nisi dulcia Christi convivia virginis aures
stillante, ~~non~~ trahit in longum virgo predare
compensum. Sicut enim igne succensa mundi
contemptum gloriam et carnis illecebras perhorre-
re, thorum in delicto et negotiorum proposita
eiusdem patris Francisci consilio totaliter se
committit. Ibat ergo ille, et sollemnitate immen-
sante palmarum cum frequentia populorum *11. 1151*
ornata procedit, nocte vero sequenti cum Christo ex-
iens extra castra mundanum gaudium conver-
tat in lectum dominice passionis. Igitur domo
et civitate et consanguineis derelictis ad sanctam
Mariam de Angelis festinavit, ubi post criniam
tonsiorem ante altare virginis matris ~~de~~ habitum
religionis subcepit. Deinde ad quoddam vicinum
monasterium deducta est. // Gravi post hec consan-
guineorum persecutione Deo servata virgine
ab hoste humani generis subscitata, sed celestis
gratie operata virtute ad ecclesiam sancti sta-
niani una cum sorore eius, virgine nomine
Agnete, per ipsius preces et lacrimas ad rivum
vota conversa, de eiusdem patris consuetudine trans-
migravit, ibique pro celestis amor sponsi a
mundi tempestate se celans quasi in carcere
se conclusit. In hac quoque caverna ~~in~~ ⁱⁿ ~~in~~
velut gemebunda simplexque columba indiguit
virginum Christi collegium genuit pauperumque
dominarum ordinem incolavit.

solepnie

festinavit.

in macie